



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De minii temperatura. Caput. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

interarescāt, & is qui ex his ab ignis uapore fumus  
 suscitatur, cum resedit in solum furni inuenitur esse  
 argentum uiuum, Exemptis glebis gutta ea, quæ re-  
 sident, propter breuitates non possunt colligi, sed  
 in uas aquæ conuertuntur, & ibi inter se congruunt,  
 & una confunduntur, Id autem cum sint quatuor sex-  
 tiorum mensura, cum expenduntur inueniuntur esse  
 pondus centum, Cum in aliquo uase est confusum, si su-  
 pra id lapidis centenarii pondus imponatur natat in  
 summo, neq; eum liquorem potest onere suo preme-  
 re, nec elidere, nec dissipare, centenario sublato si ibi  
 auri scrupulum imponatur non natabit, sed ad imū  
 per se deprimetur, Ita non amplitudine ponderis, se-  
 genere singularum rerum grauitatem esse non est  
 negandum, Id autem multis rebus est ad usum expe-  
 ditum, Neq; enim argentum, neq; æs sine eo potest re-  
 cte inaurari, Cūq; in ueste intextum est aurum, eaq;  
 uestis contrita propter uetustatem usum non habeat  
 honestum, panni in fictilibus uasis impositi supra  
 ignem comburuntur, Is cinis conicitur in aquam, &  
 additur ei argentum uiuum, Id autem omnes micæ  
 auri corripit in se, & cogit secum coire, aqua defusa  
 cum id in pannum infunditur, & ibi manibus premi-  
 tur, argentum per panni raritates propter liquo-  
 rem extra labitur, aurum compressione coactum in-  
 tra purum inuenitur.

## De minii temperatura. Caput. IX.

**E**uertar nunc ad minii temperaturā, Ipse  
 enim glebæ cū sunt aridæ pilis ferreis con-  
 tunduntur & moliuntur, & lotionibus, &

Q. iiii

## LIBER

costuris crebris, efficiuntur ut adueniant colores. Cū  
 ergo hæc emissa erunt, tunc minium propter argenti  
 uiuirelictionem, quas in se naturales habuerat uir  
 tutes relinquit, & efficitur tenera natura & uiribus  
 imbecilla, Itaq; cum est in expolitionibus conclauium  
 tectoriis inductum, permanet sine uitis suo colore.  
 Apertis uero, idest peristylis, aut exedris, aut cæte  
 ris eiusmodi locis, quo sol & luna possit splendores  
 & radios immittere, cum ab iis locus tangitur, uitia  
 tur, & amissa uirtute coloris, denigratur, Itaq; cum  
 & alii multi, tum etiam Faberius scriba cum in auen  
 tino uoluisset habere domum eleganter expolitam,  
 peristylis parietes omnes induxit minio, qui post die  
 es triginta facti sunt inuenusto uarioq; colore. Itaq;  
 primo locauit inducendos alios colores, At si quis sub  
 tilior fuerit & uoluerit expolitionem miniaceam su  
 um colorem retinere, cum paries expolitus & aridus  
 fuerit, tunc ceram punicam igni liquefactam paulo  
 oleo temperatam seta inducat, Deinde postea carbo  
 nibus in ferreo uase compositis eam ceram apprime  
 cum pariete calefaciundo sudare cogat, fiatq; ut per  
 æquetur, Deinde cum cædela linteisq; puris subigat,  
 uti signa marmorea nuda curantur. Hæc autem καύ  
 σις ἰσὶς græce dicitur, Ita obstans ceræ punicæ lorica nō  
 patitur, nec lunæ splendorem, nec solis radios lam  
 bendo eripere ex his politionibus colorem. Quæ autē  
 in ephesiorum metallis fuerunt officina, nunc traie  
 ctæ sunt, ideo Romā, quod id genus uenæ postea est  
 inuentum hispaniæ regionibus, ex quarum metallis  
 gleba portantur, & per publicanos Romæ curantur,

Eæ autē officinæ sunt inter adem Flora & Quirini,  
 Vitiatur minium admixta calce, Itaq; si quis uelit ex  
 periri id sine uitio esse, sic erit faciendū, Ferrea lam  
 na sumatur, in ea minium imponatur, ad ignem collo  
 cetur donec lamna candescat, cum è candore color im  
 mutatus fuerit eritq; ater, tollatur lamna ab igne, &  
 si refrigeratum restitatur in pristinum colorem, sine  
 uitio se esse probabit, Sin autem permanserit nigro  
 colore signi ficabit se esse uitiatum, Quæ succurrere  
 poterunt mihi de minio, dixi. Chrysocola appor  
 tur à macedonia, foditur autem ex his locis qui sunt p  
 ximi ærariis metallis, Miniū & indicum nominibus  
 ipsis indicatur, quibus in locis procreatur.

De coloribus qui arte fiunt. Caput. X.

**I**ngrediar nunc ad ea quæ ex aliis gene  
 ribus tractationum temperaturis commu  
 tata recipiunt colorū proprietates, Et prī  
 mum exponam de atramento, cuius usus in operibus  
 magnas habet necessitates, ut sint notæ quemadmo  
 dum præparentur certis rationibus artificiorum ad  
 id temperaturæ. Nāq; edificatur locus, uti laconicum,  
 & expolitur marmore subtiliter, & leuigatur, Ante id  
 fit fornacula habens in laconicum nares, & eius præ  
 furnium magna diligentia comprimitur, ne flamma  
 extra dissipetur, In fornace resina collocatur. Hæc autē  
 ignis potestas urendo cogit emittere per nares intra  
 laconicum fulignem, Quæ circa parietem & cameræ  
 curuaturam adherescit, inde collecta partim componi